nec libenter digneris. Nam fuit semper huic sancte apostoli-
ce sedi licentia iniuste dampnatos vel excommunicatos potes-
tative sua auctoritate restituere, et sua eis omnia red-
dere, et illos qui eos condempnaverunt vel excommunicaverunt apostolico
punire privilegio, sicut etiam vestris et antecessorum vestrorum cog-
noscimus actum temporibus. Ideoque et ipsi primates qui e-
piscoporum et summorum ecclesiasticorum negotiorum causas sus-
cipere debent, in prefata Nicena synodo sunt diffiniti-
ne in posterum ex hoc contentio oriretur. O sanctissime pater (?) pa-
ter, abscide blasphemias et iactantias vaniloquorum
et insidiantium infestationes, nos et fratres nostros opprimentium
atque volentium. quia ad vos quasi ad caput confugimus, ut
vestro suffulti auxilio liberemur, et nobis nobisque commissas
commissas oves, a luporum ore domino adminiculante an-
tequam deglutiantur eripiamus. Nec enim fas est supplicium
apostolice sedi, scripto vel sine scripto preces oblatas despicere.
Sed ut condecet, vestre sedis privilegium est ut nos et illi
conveniamus, et ante vos de nostris obiectionibus canonice
cum omni equitate concertemus. Sicut predecessores nostri
per ... vestros fecerunt antecessores. Et sicut canonica in
predicta sancta synodo decreta constituta, veluti paleam verbis per
ventilabrum ... plena ... in
commune existentie auditorio de matre nutrientibus
catholice ecclesie dogmatibus, que confirmat cor hominis
per ... consequamur ...
Antiquis enim regulis constitutum est, ut quidquid quamvis in
remotis vel in longinquis positis provinciis super episcoporum
querela vel accusationibus ageretur, non prius tractandum
vel accipiendum esset, quam ad notitiam alme sedis vestre fuis-
set deductum, ut huius auctoritate iusta que fuisset
pronuntiatio infirmaretur aut firmaretur. Inde quoque sanctae

Nota quod papa est caput ecclesie

Nota quod aliqui ... quotiens ... ad papam